

Band VI., Nr. 1889, Seite 282

Abt Eberhard von Bebenhausen beurkundet, dass Otto von Tailfingen mit Zustimmung seiner sämtlichen Erben, insbesondere seiner Kinder und seiner Schwestern, sowie weiterer genannter Personen, alle seine Güter in Tailfingen an ihn und seine Kirche verkauft habe.

Ohne Ortsangabe, 1267.

Universis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis frater E., dictus abbas in Bebenhusen, orationum suffragia devotarum. Quecunque geruntur sub hoc tempore labili, dinoscentur in posterum labefacta, nisi memorie litterarum ac testium fuerint commendata. Noverint igitur universi, quod nobis Otto de Talvingen omnia sua bona ibidem sita vendidit consensu heredum suorum omnium accedente, primo puerorum suorum Alberti videlicet, Ottonis, Wolpoltis, Walteri et Adal., item sororum suarum, videlicet Irmindrudis et Gerhildis, item Ottonis fabri et sororis eiusdem Judende, Stehellini plebani et fratris eiusdem. Horum inquam omnium consensu pariter et assensu bona iam dicta nos dinoscimur comparasse, sive in predio sive que sub iure feudali possiderat, hoc nichillominus adiecto, quod Otto iam dictus ipsa bona sua in manus dominorum, dominorum^a suorum, videlicet Frider. militis dicti Herter et Diemonis, Dietheri fratrum illius tradidit hoc tenore, quod bona sepedicta possideat nostra ecclesia in perpetuum salvo tamen iure prius dictorum in omnibus advocatorum. In huius rei testimonium presentem litteram cum an[n]otatione testium conscribi fecimus et tam nostro quam Fri. dicti Herter militis sigillo fecimus roborari.

Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. LX^o. VII., indictione X^a. Testes: Fri. miles dictus Herter et fratres illius D. et D., Diemo filius D., Diethalmus, Algozus rector puerorum in Wabelingen, Fri. celerarius in Bebenhusen, conversi ibidem, B. dictus Hunger et H. dictus Gallus. Item in Talvingen R. caupo et R. filius eius, H. dictus Bonise et Otto filiaster eius.

Der Textabdruck folgt dem Original.

Zwei Siegel aus mit Eisenoxyd gemischtem Wachs: 1) Das runde Siegel Friederich Herters, 47 mm (IV. C.): Ein geteilter Schild, auf demselben ein Topfhelm mit

^aSo doppelt das Original.

II

zwei Büffelhörnern, die je mit neun Stäbchen, an deren Ende je ein Stern, besteckt sind; Umschrift: + *Sigillum* PASTORIS . DE . DVZZELINGEN¹. 2) Das spitzovale Siegel des Abts von Bebenhausen, c. 33, c. 28 mm (II. B.): Ein stehender Abt, in der Rechten den Abtsstab, mit der Linken ein Buch vor die Brust haltend; Umschrift: + SIGIL . . . ABBatIS . . EBENHVSEN.

¹Dußlingen, Dußlingen, Tü.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 2025

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...], Bd. 3, S. 209.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Bebenhausen Wohnplatz (16199)

Bebenhausen, Tübingen, Tü

Dußlingen Wohnplatz (16108)

Dußlingen, Tü

Tailfingen Wohnplatz (109)

Tailfingen, Gäufelden, BB

Waiblingen Wohnplatz (1628)

Waiblingen, WN